



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.


PERICULA URBIS


MOORE.



6000714060














EXERCISES

IN

LATIN, GREEK, AND ENGLISH VERSE.

LONDON: PRINTED BY
SPOTTISWOODE AND CO., NEW-STREET SQUARE
AND PARLIAMENT STREET

PERICULA URBIS

A SATIRE

AND OTHER EXERCISES

IN

LATIN, GREEK, AND ENGLISH VERSE.

BY

WILLIAM MOORE, B.A.


LATE SCHOLAR OF  COLLEGE, OXFORD.

LONDON:

LONGMANS, GREEN, AND CO.

1870.

300. f. 17



I.

PERICULA URBIS.

A SATIRE.

‘ Finem impensæ non servat prodiga Roma.’

PARNASSO descende : Gradus* Carique libellum,
Musa, nihil nostros scis profecisse labores :
Parnasso descende ; humilesque invise paludes
Isis, et humentes ripas, gentemque togatam.

Et nos ergo hodie delectat nulla jocosum
Copia? Nempe agitur toto Comœdia rivo :
Materiemque ipsi sumant ex amne Tragœdi.
Stridit hyems, gelidamque irrorat Aquarius Isin ;
Sæva tamen sonuit vox remigis illa magistri,
‘ Depresso incipiat jam tum mihi ventre juvenus
‘ Ingemere, et primâ lentescere remus in undâ.’
Continuò ignaros per tenuia transtra *Recentes*
Disposuit, gracilisque tremit sub pondere cymba.
Procubuere ; superque instans censura celeustæ
Vexat inæquales remos : at sævior alter

* Is scilicet, quem nunquam satis laudandus Carius in usum puero-
rum composuit.

Eminus e ripâ diro clamore satelles
 Acria devexæ jaculatur probra carinæ.
 ‘Septime,’ (tu, juvenis, numeris assuesce vocari,
 Tu numerus nunc es, natus sorbere bovinas,)
 ‘Heu! quid agis? Fies simplex de remige vector
 ‘Sic tortis humeris. Quid aquam mihi, Quinte, moraris
 ‘Prendere? Quin citius! Truncum oscillare memento
 ‘Quarte, tuum, mediumque cava, lentissime, dorsum.
 ‘Una omnes!’ Sic exierint mox octo virorum
 Machina, sic tritis sidat Victoria transtris.

In mediis, en! remigio spectanda valenti
 Prora ruit devexa, admirandique lacerti,
 Queis Cami parat ulva pares: dat euntibus omnis
 Cymba locum, vexillum album venerata carinæ.
 Heu! male tum *Guttæ* angustis erratur in undis.
 Si quis ibi Cancros, (ea non incognita rivo
 Monstra natant,) captans tonsam puer infodit undis,
 Aut umbras Orci jussus descendere ad imas.
 Obvius horrebit stantis convicia cymbæ;
 Aut, si remigium violentior impetus egit,
 Naufragus, et gelido submersus gurgite, nôrit
 Quot catuli, et fœdæ fluitent in margine feles.

Plurimus et lumbos campestris cinctus, anhelans,
 Cornipedis ritu gyri spatia omnia sudans
 Exercetur, ut hesterni de tempore cursûs
 Exiguam quamvis momentum deterat, et cras

Rursum aliud : neu, quum tulerit certamen arenæ
Summa dies, prius exanimem se in pulvere volvat
Quam vasto octavum singultu expleverit orbem.
Illum ducit amor poclî victricis avitum
Ornaturi abacum. Sed equos contendere credas
Fervet ubi campus stipulantibus, et sonat ingens
Sponsio. Quidni etenim ? Merces hominum quoque
carni

Nulla erit ? Hinc aberunt, qui gaudent codice facto
E damno alterius certos educere nummos.

Græcia quippe suâ quondam certabat arenâ ;
Nec labor ingratus victori, ubi carmina vatum
Et spes et plausus et plurima palma suorum
Accepit venientem ; et sancto vespere Phœbi
Aurea tangebatur lux Alphea, claraque Pisæ
Marmora, Phidiacumque Jovem, saltusque Lyæos.
Sacra tamen tum fama viros, sacra præmia ducunt ;
In solenne vocat certamen Olympia divos,
Et centum partis sociantur honoribus urbes.
Adde polum sudum, flatusque a monte ferentes
Delicias aurarum, et claro sole nitorem.

Nos, quibus ista placet cineres saluisse per atros
Gloria, et alta petunt plumbeum suspiria pôclum,
Currimus invitâ tellure atque aëre et auris.

At Graius solas mos afficit ille palæstras ?
Nonne novam formam nostræ invenerunt puellæ
Incessûs, Graioque sinu sua corpora flectunt ?
Scilicet hoc ævo placitum est ; via peccat eundi,

Quam docuit Natura, et crebescebat in illo
Tempore, quo stipat non omnem femina cœtum.
At non Graia hodie cursori sufficit illa
Simplicitas: non parva comas evinxit oliva:
Concisum argentum in titulos, inscriptaque vasa
Præmia victorum statuunt; ingentia pridem
Ruperunt loculos jam cælatoribus æra;
Fervet opus cultris tot duratura metallo
Nomina felici sculpentibus; oraque pinxit
Mira virûm, jussitque suis prostare fenestris
Institor, et grandes mirantur compita suras.
Quis non hæc propter sudaverit ultima? quis non,
Horrenti nive, quis gelido non frixerit imbri?
Quamquam tot spatiis pulmo miser usque terendus,
Tot nitendi orbis, quot dum malè nota rogaret,
Nil respondentes ille Appius alter *arabat*;
Quot sacra mane cubant per tintinnabula alumni,
Pocula quot juvenes reddunt epota disertos.
Dira laborantûm interea vox provocat agmen;
Jamque immensa virûm jactans spiramina Camus
Se negat et binis contentum millibus; ergo
Vos agite O rerum quibus inclinata recumbit
Gloria nostrarum! duplici jam rumpite cursu
Ilia, jam duplices tentigine ducite nervos!
Ite et nudati tria millia currite; et octo:
Quin potius tectorum apices conscendite summas,
Victor ut evadat certamine, quisquis ab imo
Viva pavimento salientia crura reportet.

Et quum membra adeo juvenilia tale fatiget
 Certandi cacoëthes, idem nonne inficit ipsa
 Ingenia, ut 'Primas' pretio quocunque requirant?
 Omnia certando fiunt: et turpe relinqui est:
 Nec jam res ipsas, sed rerum præmia curant.
 En! juvenis, quem jam propior tortoris imago
 Atque cruces turbant quas tractandas schola ponat,
 Exulat immersus studiis in devia rura
 Secum, nec cœtus æquales curat adire.
 Haud illum, quum nauta furens, et pessima plebs est,
 Grassantem aspicias *Alto* sub nocte Novembri:
 Ocius insanam Quintam fugit:* ocius illo
 Qui, quum prisca sui petit institor æra libelli,
 Sepsit se 'quercu' trepidans, et abesse videtur.
 Quippe dolet, sic fama, caput, quod fuste dolatum est,
 Luminaque excruciant miseros contusa legentes.
 Grande etiam certamen adest. Quæ gloria Classis,
 Quos labor ille ferat fructus, tum nôris, ubi hora
 Tertia præteriit scribentibus, atque magistri
 Blanda requisivit vox tradere quemque papyros;
 Non tamen ulla viris requies, non secius omnes
 Incumbunt studio ingenti, calamusque molestos
 Dat strepitus, urgente manu: juvat addere chartas,
 Dumque alii scribant nugas, tot scribere et ipsum.

* Cf. Virg. *Georg.* i. 277:

'Quintam fuge: pallidus Orcus,
 Eumenidesque satae.'

Mirâ quidem prudentiâ videtur Virgilius innuere Nonarum Novembrium, qui apud nos fuit, tumultui, sævisque illis execrationibus (*ἄρκους*) horrificisque leti minis, quas Duumviri vicis pacandis ægre cohibebant.

Dî cunctis Primas Classes ! Tuque, optime, si vis
 Esse aliquid, Quartæque tuum non addere pondus,
 Nec (sortem infandam !) numeroso in *Gurgite* mergi,*
 Scribe quod Austinum sapiat, Millumve dicacem :
 Non hic Romuleæ tua summa peritia linguæ
 Profuit, aut Graii Primas meruere lepores ;
 Mille solæcismos liceat fecisse Sophistam.

At tibi dura legens, non infortunia soli :
 Quid juvenes, queis contingit sub vesperis horam,
 (Cogit enim matrona,) meram sorbere Boheam,
 Crustulaque urbanis circumvehere uncta puellis ?
 Quam linguam oppressit juvenilem tempus iniquum,
 Et quota captivis virgo se jactat alumnis !
 Stant passim, vittati omnes, ceu victimæ ad aras,
 Gurgite bombycum absorpti : tanto agmine vestis
 Femina se cinxit propriæ, cohibetque regressum.
 Jamque omnes nugas de tempestate locuti,
 Aut vacuo capiti si quid præsentius adsit,
 Expectant blandi, (jam cantatrice vocatâ,)
 Haud raro auditum carmen, ' Rivumque ' perennem,†
 Cui finis cursus nullus datur : illa canendi

* *Gurgite*.—Fabula antiquior est, gurgitem quondam subito se aperuisse in mediâ Aulâ scholarum. Responsum datur petentibus quomodo claudatur, injiciant eò rem quam habeant vilissimam. Proinde Vice-Cancellarius lictores jussit vincire eos, qui, quum honores ambiissent, nullam tamen classem adepti essent. His in barathrum detrusis solida, ut ante, fit terra. Mos solennis inde examineribus traditur, quem cinctu Gabino habiti quotannis servant.—*C. V. G.*

† ' For men may come and men may go,
 But I go on for ever.'—*Tennyson*.

Prodiga percussit chordas, versante papyros
 Ad nutum puero : tum immensis plausibus omnes
 Finitum melos excipiunt, et singula laudant.
 Tres tandem fugere horæ : tu tristior exis,
 At liber : non nunc lateri tua futilis hæret
 Dexterâ, non mancæ statuæ nunc figeris instar ;
 Exarsere ignes solâ non nocte vetandî,
 Et lassum ingenium reficit tibi fumus avenæ.

Sollennes vero cum Commemoratio pompas
 Instituit, matresque tulit, gracilesque sorores,
 Cum patre quæsitam vix sufficiente crumenam,
 Ne nostros, peregrine, nimis, ne despice mores.
 Pauca tibi præcepta canam, quæ ferre memento.
 Area si quando te ceperit ipsa Theatri,
 Ne toga, ne summo quamvis textore galerus
 Albescat, peregrine ; color deterrimus albo est.
 Multi candentis damnati crimine vestis
 Explosi didicere loci non temnere divos.
 Neve ubi Doctorum processit contio, et ista
 Acceptura Gradus series augusta virorum,
 Mireris, si tradendos stetit inter honores
 Tota cohors, utcunque velint Anabathra jocari—
 Emeritos Anabathra sales jaculantia cunctis :—
 Neve quod eloquium fundens ad rostra Professor,
 Sive erit Orator,* non exaudita locutus
 Verba per adversum strepitum, vappamque jocorum,

* Scilicet Publicus.

Auditore virum jam tum plaudente, residit.
 Hæc mera libertas verborum est. Attamen audent
 Facta etiam.*—En! Piscem serâ de nocte Loquacem
 (At non lingua valet crudelem flectere turbam)
 Corripit e lymphis manus ebria patriciorum :
 Ille toris miser insolitis interque cadurcos
 Sternitur expirans inglorius : improba Fama
 ‘ Res haud illepida est, periit si belua ’ clamat :
 ‘ Quid quod adest pretium Piscis qui ponat in ore,
 ‘ “ Magnaque debetur violati pœna cadurci : ”
 ‘ Non hæc excusant calida et generosa juventas,
 ‘ Aurea quos turpi distinguit spira popello? ’

Neve admireris, ripas ubi curritur Isis,
 Atque carinarum longo ordine pompa movetur,
 Si lintre excussos juvenes ante ora parentum
 Videris incassum studio gestire lavandi.
 Si nescis, jocus est. Ne quæras garrulus ùltra,
 Nam se ridiculos natos facere anxia mater,
 Et veste in madidâ gaudet vidisse fluentes.

Interea quoque fœmineos mirabere cœtus,
 Ut late infusâ via virgine quæque coruscet.
 Tempore non alio, matre inducente, læna
 Acrior erravit vicis : per templa, per hortos,
 Per loca adorandæ robiginis usque vagandum est,
 Partesque assidui nomenclatoris agenda,

* Quod fiebat per Saturnalia Commemorationis ann. MDCCCLXIII.

Insatiabilibus si vis placuisse puellis.
Et quædam, jam mane novo, stipata Theatri
In cuneis spectatur: eam chorus omnis amantûm
Plaudit inexpletum, plaudit vestemque coloremque,
Atque avias, amitamque, et totâ gente propinquas.
Mox eadem labente die festa Atria quærit
Apta choro, pendetque iterum saltantis ab armo:
Vincere Sol oriens lychnas, et fundere lucis
Dira suæ per virgineas discrimina formas,
Cornuaque et chordæ, lasso tibicine, cessant;
Illa tamen raptat, nondum satianda, per orbes
Consortem juvenem, nec custos addita mater,
Multum questa, potest retinere, nec optimus ille
Progenitor toto proflans jam pectore somnum.

At datur his olim finis, fugit ipsa læna;
Solaque per vicos jam Longa Vacatio regnat:
Discessus juvenum satiræ tulit huic quoque metam.
Sed graviora manent, doctas si ponere frontes
Fas olim, crimenque sequi majoris abollæ.

II.

BUT the crown

Of all my life was utmost quietude :
More did I love to lie in cavern rude,
Keeping in wait whole days for Neptune's voice,
And if it came at last, hark and rejoice !
There blush'd no summer eve, but I would steer
My skiff along green shelving coasts, to hear
The shepherd's pipe come clear from aëry steep,
Mingling with ceaseless bleatings of the sheep.
And never was a day of summer shine
But I beheld its birth upon the brine :
For I would watch all night to see unfold
Heaven's gates, and Æthon snort his morning gold
Wide o'er the swelling streams : and constantly
At brim of day-tide on some grassy lea
My nets would be spread out, and I at rest.
The poor folks of the sea country I blest
With daily boon of fish most delicate :
They knew not whence this bounty, and elate
Would strew sweet flowers upon a sterile beach.

KEATS, *Endymion*.

II.

AT mihi præcipuum vitæ mortalis honorem
Pax immota dabat : nec enim mihi carior hora,
Quam quâ pendentis strato sub fornice saxi
Per longos sperata dies vox sancta profundi
Impulit arrectas dulcedine seriùs aures.
Nulla sub æstivam rubuit mihi Vespera noctem,
Quin tenui narem subvectus lintre secundum
Littoris acclives sylvas, si fistula quando
De rupe aëriâ caneret, mixtique sonarent
Assiduo balatu agni. Nec mane nitebat
Æstivo splendore dies, quin de sale lucem
Nascentem aspicerem : noctes namque usque serenas
Ducebam excubiis, dum, cœli limine aperto,
Latiùs Oceani tumidos efflaret in amnes
Mane suos ignes Phaëthon, aurumque coruscum.
Ortâ adeo vix luce, herbis mihi lina jacebant
Ad solem diffusa, at me sopor altus habebat.
Inque diem pisces, quotquot fovet ora colonis,
Delicias maris, appono : quæ munera, cuiquam
Incerti referantne deo, lætantur egeni,
Suaviaque incultam consperguntserta per oram.

III.

SO WAS HE lifted gently from the ground,
And with their freight homeward the shepherds move
Through the dull mist, I following—when a step,
A single step, that freed me from the skirts
Of the blind vapour, opened to my view,
Glory beyond all glory ever seen
By waking sense, or by the dreaming soul !
The appearance, instantaneously disclosed,
Was of a mighty City—boldly say
A wilderness of building, sinking far
And self-withdrawn into a wondrous depth,
Far sinking into splendour—without end !
Fabric it seemed of diamond and of gold,
With alabaster domes, and silver spires,
And blazing terrace upon terrace, high
Uplifted ; here, serene pavilions bright,
In avenues disposed ; there, towers begirt
With battlements that on their restless fronts
Bore stars—illumination of all gems !
By earthly nature had the effect been wrought
Upon the dark materials of the storm
Now pacified ; on them, and on the coves
And mountain-steeps and summits, whereunto
The vapours had receded, taking there
Their station under a cærulean sky.

WORDSWORTH.

III.

SUBLATUM lentis manibus gessere coloni,
Et tristi sub fasce domum vestigia vertunt.
Et mihi densatæ per longa volumina nubis
Sectanti, jamjamque pedes in aperta ferenti,
Panditur ante oculos species clarissima rerum,
Qualis nec vigilanti olim traluxit imago,
Nec placidum cuiquam per somnum oblata fefellit.
Namque in secessu longo immanique barathro
Ætheris, egregiæ moles apparuit Urbis :
Hæc facies mihi prima fuit ; neque nomine justo
Quid fuerit memorare licet : sic densa per auras
Tecta columnarumque ingens mihi sylva videtur
Vertier in sese, longoque reducta recessu,
Ceus splendens penetrare, incassum quærere finem.
Aurea murorum et gemmis distincta coruscat
Congeries, argento apices, et tecta domorum :
Altius assurgunt vitreas tabulata per auras
Hortorum : tum clara auro prætoria regum
Ordine collucent recto : turresque minantur
Culminibus : queis stellanti frons dædala cinctu
Mille coloratur gemmis, longeque relucet.
Quippe suis Natura modis miracula tanta
Ipsa dabat, sparsos fingens in monstra vapores :
Quos dextrâ formabat, ubi cessere voluti
In rupes altosque sinus, montemque supinum,
Atque ibi cæruleâ posuerunt castra sub æthrâ.

IV.

STRONG god of arms! whose iron sceptre sways
The freezing north, and Hyperborean seas,
And Scythian colds, and Thracia's winter coast,
Where stand thy steeds, and thou art honoured most ;
There most : but everywhere thy power is known,
The fortune of the fight is all thine own :
Terror is thine, and wild amazement flung
From out thy chariot withers e'en the strong ;
And disarray and shameful rout ensue,
And force is added to the fainting crew.
Acknowledged as thou art, accept my prayer
If aught I have achieved deserve thy care :
If to my utmost power with sword and shield
I dared the death unknowing how to yield,
And falling in my rank still kept the field :
Then let my arms prevail, by thee sustained,
That she I love by conquest may be gained.

DRYDEN.

IV.

O DEUS armipotens! rigido qui jure tyrannus
Marmor Hyperboreum, qui frigore dura Trionum
Regna premis, Scythicumque gelu: cui Thracia paret
Ora, tibi quæ servat equos, tibi reddit honores
Præcipuos; quanquam nullâ non numen in orâ
Stet tibi, et arbitrio solus potiare duelli,
Te penes ille pavor belli, cui currus eunti
Heroum incusso vires terrore retundit:
Tum fusæ sine lege acies, tum cladibus instat
Dedecus, at lassas reficit vis addita turmas.
Ne tamen, ingentes adeo tibi nactus honores,
Ne nostras contemne preces: te si qua merentis
Cura mei tangit, stricto si cominus ense
Fata sequens extrema, manus dare nescius hosti
Prælia conserui, patrium neque cernuus agmen
Destitui: jam nunc oro te, magne, triumphi
Auspice dilectam bello duxisse puellam.

V.

THEN I:

‘Follow me, O most miserable men!’
And, speaking, I began to foot the waste
Backward, toward the city: all the while
Fearing to look behind me, like a man
Who, being made against his will to walk
At midnight through a charnel, walks in haste,
Dogged by the unseen forms of his own fears.
I saw no cloud; and yet the winds arose.
The faint light of the unfathomable heavens,
Thick-sown with shivering stars, made the dark plain
Darker. And infinite the darkness seemed.
Sometimes cold gleams from bare gray sepulchres
And ghastly ruins broke the boundless gloom:
Sometimes, upstarting, spectral aqueducts
Ran by us, and plunged headlong down the night:
Far off, at times, the wail of windy reeds
I heard; and heard, at times, high overhead
The howlet’s cry; at times, beneath my foot
The cavernous ground gave forth a hollow groan.

R. LYTTON, *Paraphrase from Krasinski.*

V.

'O MISERI ante alios, quin mecum insistite,' clamo,
'Pone viam!' Nec plura viris effatus in urbem
Vertebam per tesqua pedes: nec deinde retrorsum
Respicio, sic recta tenet mihi lumina terror:
Ceui qui defossos Manes et lurida busta
Invisens trepidus grassatur nocte per umbras,
Cogit enim sors dura, pavetque sequacia monstra,
Millia quot vanâ delusus imagine fingit.
Murmura jamque mihi, sudo tamen aëre, venti
Prima volutabant: sublimisque altius æther,
Frigidulique ignes, et stellis consita regna
Sublustri nigros contristant lumine campos,
Altior et solito nox intempesta silebat.
Jam per funereas moles et nuda tropæis
Busta nitor mediâ extrusus caligine luxit,
Jam more ingentis larvæ prope ductus aquarum
Currit, et in celeres præceps evanuit umbras.
Interdum ad ventos longe exauditur arundo
Mota queri; jam sublimis dedit acrem ululatum
Noctua, jam tellus caveis exesa remugit
Sub pedibus.

VI.

SO SPAKE he, half in anger, half in scorn :
And one long cry of grief and of amaze
Broke from his sorrowing people ; so he spake ;
And turning, left them there : and with brief pause,
Girt with a throng of revellers, bent his way
To the cool region of the groves he loved.
There by the river banks he wandered on
From palm-grove on to palm-grove, happy trees,
Their smooth tops shining sunwards, and beneath
Burying their unsunned stems in grass and flowers ;
Where in one dream the feverish time of Youth
Might fade in slumber, and the feet of Joy
Might wander all day long and never tire.
Here came the king, holding high feast at morn,
Rose-crowned ; and ever when the sun went down
A hundred lamps beamed in the tranquil gloom,
From tree to tree, all through the twinkling grove,
Revealing all the tumult of the feast,
Flushed guests, and golden goblets, foamed with wine,
While the deep-burnished foliage overhead
Splintered the silver arrows of the moon.

M. ARNOLD, *Mycerinus*.

VI.

DIXERAT, atque illum fastusque irasque locutum
 Audierat populus, longusque per omne remugit
 Concilium fremor, et luctu stupet inscia turba.
 Ille pedem referens, hilari cingente coronâ
 Cunctantes liquit; gelidamque haud immemor um-
 bram

Dilectosque petit lucos : ibi fluminis errans
 Margine perpetuo mutat palmeta meatu,
 Felici nemora hospitio : queis sole cacumen
 Læve sub adverso resplendet, gramine caudix
 Lucifugus penitus, densoque in flore latescit.
 Qualia deposito deceat fervore Juventam
 Incolere, et longos securam carpere somnos,
 Inve dies lustrare, pedes neque solvere lætos.
 Huc succedebat medio rex solis abacti
 Curriculo, roseâ devinctus tempora vittâ,
 Ducebatque dies epulis : at, sole cadente,
 Inter tranquillos centum funalia lucos
 Per ramos vulgata umbrisque micantia lucent,
 Apparentque intus convivia læta tumultu
 Jam medio, structæque dapes, atque ora bibentûm,
 Et spumante auro carchesia : quæ super alto
 Obtentu folia, ut fusco laqueata metallo,
 Argenteas Lunæ findunt offensa sagittas.

VII.

SOME fretful tempers wince at ev'ry touch,
You always do too little or too much :
You speak with life, in hopes to entertain,
Your elevated voice goes through the brain ;
You fall at once into a lower key,
That's worse—the drone-pipe of an humblebee.
The southern sash admits too strong a light,
You rise and drop the curtain—now 'tis night.
He shakes with cold—you stir the fire and strive
To make a blaze—that's roasting him alive.
Serve him with venison, and he chooses fish ;
With sole—that's just the sort he would not wish :
He takes what he at first professed to loath,
And in due time feeds heartily on both ;
Yet still o'erclouded with a constant frown
He does not swallow, but he gulps it down.
Your hope to please him vain on ev'ry plan,
Himself should work that wonder if he can—
Alas ! his efforts double his distress,
He likes yours little, and his own still less.
Thus always teasing others, always teased,
His only pleasure is—to be displeased.

COWPER, *Conversation.*

VII.

AST aliis non ulla capit tentamina molle
Ingenium : modo tu nimium, modo parcius æquo
Feceris officio, vanasque impenderis artes.
Horum igitur si cui conaberis acre locutus
Captare auriculas, perdit vox alta tenellum
Sinciput, ut strepitu magno penetrabile : voce
Si modo summissâ faris, jam plura nocebis
Improbis, et bombi lentos imitabere cantus.
Jam nimium arripiunt solem per claustra fenestræ,
Et malè sollicitus deducis vela ; sed illi
Nox ruit : hiberno jam tempore frixit, et ignes
Erigis : ambusti crimen tibi fiet amici.
Cervina in mensâ fervet ; piscem ille requirit :
Si mullus ponetur, eo non surget orexis
Prima cibo : jam despectum vorat helluo piscem,
Ipsaque jam tumido præstabit dama saporem.
Triste supercilium interea, nec grata voluptas
Fit cœnæ, dum cuncta avido deglutit hiatu.
Omne perit tibi propositum, victusque residis,
Si morem gerat ipse sibi, Dîs forte benignis.
At propriam ingeminat curam miser : utque placebant
Vix studium, moresque tui, sibi non placet hilum.
Scilicet aut se ipsum semper vexare juvabit
Aut alios : ea sola homini jam gratia restat
Tu quidcunque facis, misero ingratoque videri.

VIII.

TEARS, idle tears, I know not what they mean ;
Tears from the depth of some divine despair
Rise in the heart and gather to the eyes
In looking on the happy Autumn fields.
And thinking of the days that are no more.
Fresh as the first beam glittering on a sail,
That brings our friends up from the underworld,
Sad as the last which reddens over one
That sinks with all we love below the verge ;
So sad, so fresh, the days that are no more.
Ah ! sad and strange, as in dark summer dawns
The earliest pipe of half-awakened birds
To dying ears, when unto dying eyes
The casement slowly grows a glimmering square ;
So sad, so strange, the days that are no more.

TENNYSON, *The Princess*.

VIII.

QUID lacrymæ? quo tandem ortu volvuntur inanes?
Nescio quo luctus divini gurgite natæ
Cor illæ subiere, et obortis lumina complent
Fontibus, Autumno quoties læta arva tuentis
Acta dies subitâ pertentat imagine mentem.
Qualis enim lux suave micat per candida primùm
Carbasa ab exsilio subvecti nuntia amici,
Et quæ digressu mœsto per vela rubescit
Altera, dum condit pelagus carissima; mœsta
Sic redit illa dies, sic suavem induta colorem.
Ac velut obscurum vix experrecta sub ortum
Sæcla avium insuetos edunt morientis ad aures
Concentus—illi ante oculos miscetur inertes,
Sublustrisque natat trepido speculari fenestra—
Sic insueta dies, sic flebilis, illa recursat.

IX.

AND LO, he sat on horseback at the door !
And near him the sad nuns with each a light
Stood, and he gave them charge about the Queen,
To guard and foster her for evermore.
And while he spoke to these his helm was lowered,
To which for crest the golden Dragon clung
Of Britain ; so she did not see the face,
Which then was as an angel's, but she saw,
Wet with the mists, and smitten by the lights,
The Dragon of the great Pendragonship
Blaze, making all the night a steam of fire.
And even then he turned ; and more and more
The moony vapour rolling round the King,
Who seemed the phantom of a giant in it,
Enwound him fold by fold, and made him gray
And grayer, till himself became as mist
Before her, moving ghostlike to his doom.

TENNYSON, *Guinevere*.

IX.

EN! Rex digressu supremo limen ad ipsum
Conscendebat equum: monachæque ad frena frequentes,
Triste ministerium, stabant, dextrâque tenebat
Quæque facem: quibus ille dabat mandata, relictæ
Conjugis ut vitam curis, quam longa, foverent.
Tum galea orantis vocem demissa premebat:
Aurea cui patriæ intortum fert crista Draconem;
Nec videt illa virum, nec divino instar in ore,
Quale erat: at summum nimbo irrorante galerum,
Lychnarum adversum radiis splendere Draconem
Argumentum ingens cristæ spectabat, et altum
Latius incendi, ceu caldâ aspergine, noctem.
At rex ora abiens jam tum conversa tenebat;
Quem velut immanem mediis in Manibus umbram,
Implicuit vapor obscurâ sub luce volutus,
Orbis involvens orbis: ille usque videnti
Nigrescit, jamque ipse cavi sub imagine nimbi
Visus in haud dubiam ex oculis incedere noctem.

X.

SHE walks in beauty, like the night
Of cloudless climes and starry skies,
And all that's best of dark and bright
Meets in her aspect and her eyes,
Thus mellowed to that tender light
Which Heaven to gaudy day denies.

One shade the more, one ray the less,
Had half impaired the nameless grace
Which waves in every raven tress
And softly lightens o'er her face,
Where thoughts serenely sweet express
How pure, how dear, their dwelling-place.

And on that cheek, and o'er that brow
So soft, so calm, yet eloquent,
The smiles that play, the tints that glow
But tell of days in goodness spent,
A mind at peace with all below,
A heart whose love is innocent.

BYRON.

X.

INCEDIT formosa, ut Nox innubila quondam
Sideream carpit clara per astra viam.
Quicquid et obscuri, quicquid sit amabile lucis,
Omnia sic vultu miscuit illa suo,
Ut referat miti lumen sublustre nitore,
Quo datur ardenti non radiare die.

Demseris inde jubar, sive unam appinxeris umbram,
(Sic facies cultu non imitanda nitet ;)
Dimidio perit illa comis quæ gratia fuscis
Fluctuat, et placidâ luce per ora subit :—
Ora bonæ mentis suaves referentia motus,
Et sanctam, ingenio subter alente, domum.

Inque genis, frontemque super tam molle comantem,
Tam plenam eloquio, quamlibet ipsa silet,
Risus amabiliter ludens, visque illa colorum,
Indicat exactos simplicitate dies ;
Indicat immotæ quæ sit concordia mentis,
Virginis ut puro pectore manet amor.

XI.

AT the last limits of our isle,
Washed by the western wave,
Touched by thy fate, a thoughtful bard
Sits lonely on thy grave.

Pensive he eyes, before him spread,
The deep outstretched and vast ;
His mourning notes are borne away
Along the rapid blast.

And while, amid the silent dead,
Thy hapless fate he mourns,
His own long sorrows freshly bleed,
And all his grief returns.

Like thee, cut off in early youth
And flower of beauty's pride,
His friend, his first and only joy,
His much-loved Stella, died.

Him, too, the stern impulse of Fate
Resistless bears along ;
And the same rapid tide shall whelm
The poet and the song.

XI.

INSULA longinquum qua se subducit in æquor,
Obviaque occiduo volvitur unda sinu,
Questus ibi tua fata, fideli pectore vates
Assidet et tumultum solus et ossa colit.

Dumque sedet, pelageque alta immensasque profundi
Fixus in obtutu tristè tuetur aquas,
Increpuit quiddam chordis : at flebile carmen
Per freta correptum flamina rauca ferunt.

Te Manes inter tacitos sectatur, et audet
Ah miserè abrepti plangere fata tua :
At sua sarta parum crudescunt vulnera eunti,
Et desiderium jam vetus omne redit.

Namque tuos imitata dies, eademque secuta
Fata, juventutis flore decora novo,
Ipsa etiam primos Stella immatura per annos
Sola viri consors deliciæque perit.

Jamque illum, cantantem adeò, vis improba Fati
Non exorandam cogit abire viam :
Sic et vatem ipsum et quæ verba novissima fundit
Unda feret rapidis una eademque fretis.

XII.

FAREWELL ! on wings of sombre stain
That blacken in the last blue skies
Thou fly'st ; but thou wilt come again
On the gay wings of butterflies.
Spring on thy approach will sprout
Her new Corinthian beauties out,
Leaf-woven homes, where twitter words
Will grow to songs, and eggs to birds.
Ambitious buds shall swell to flowers
And April smiles to sunny hours ;
Bright days shall be, and gentle nights,
Full of soft breath and echo lights,
As if the god of suntime kept
His eyes half open while he slept.
Roses shall be where roses were
Not shadows, but reality ;
As if they never perished there
But slept in immortality.
Nature shall thrill with new delight,
And Time's relumined river run
Warm as young blood, and dazzling bright
As if its source was in the Sun.

T. HOOD, *The Departure of Summer.*

XII.

JAMQUE vale ! ferrugineis si discolor alis
Ultima per cœli cœrula radis iter,
At, Dea, te rursus lucentia papilionum
Millia deducunt, turba corusca, domum.
Cujus in adventum Ver omnia trudet ad auras,
Quanta columnarum germina fundit apex.
Frondiferasque avium sedes, ubi tenuia quondam
Ora melos, pullos ova reclusa dabunt.
Induet in florem sese tum gemmea pubes,
Sudior explebit Phœbus Aprile jubar ;
Tum nitidi soles, tum noctibus aura sub almis
Lenis, et incertum lux imitata diem,
Sicut et in somnis vigilarent ipsa Diurni
Lumina, non omni condita parte, Dei.
En ! iterum biferis recidiva rosaria in hortis
Florebunt veris non simulata comis,
Qualia per brumam non ulli obnoxia damno
Credideris tutâ viva quiete frui.
Tum pertentabunt mundum nova gaudia, et Anni
Flumina, ceu quondam, luce resecta ruent,
Ut micat in venis sanguis novus, utque corusco
Funditur a solis fonte perenne jubar.

XIII.

To fair Fidele's grassy tomb
Soft maids and village hinds shall bring
Each opening sweet of earliest bloom,
And rifle all the breathing spring.

No wailing ghost shall dare appear
To vex with shrieks the quiet grove,
But shepherd lads assemble here
And melting virgins own their love.

No withered witch shall here be seen,
No goblins lead their nightly crew ;
The female fays shall haunt the green,
And dress thy grave with pearly dew.

The redbreast oft at evening hours
Shall kindly lend his little aid,
With hoary moss and gathered flowers,
To deck the ground where thou art laid.

When howling winds and beating rain
In tempest shake the sylvan cell,
Or midst the chase, on every plain,
The tender thought on thee shall dwell.

Each lonely scene shall thee restore,
For thee the tear be duly shed,
Beloved till Life can charm no more,
And mourned till Pity's self be dead.

COLLINS.

XIII.

AT, dilecta, tuum ad tumulum, sine marmore gramen,

Rite manus juvenum virgineæque ferent
Florea primitias quot odorum parturit hora,
Veris et arripient suaveolentis opes.

Non planctu immissi Manes, non voce molestâ
Audebunt luci jus violare tui ;
Rustica sed veniet pubes, et prodet amanti
Plurima secretam victa puella fidem.

Non anus insistetve venefica, larva vel istum
Nocturnos ducet per nemus ulla choros ;
At Lemurum manus alma sacris operabitur herbis,
Induet et roris gemmea dona solum.

Quin pia gaudebit de nocte rubecula primâ
Tenue ministerium suppeditâsse tibi :
Et strue canentis musci, rostroque coactis
Floribus ornabit teque tuumque torum.

Horrisonis quoties ventis, atque imbre crepanti
Agrestem casulam turbida vexat hiems ;
Seu medios inter diversa per æquora cursus,
Te mens pastorum, te pia cura colet.

Te loca rursum oculis, quæ semotissima reddent
Rite tibi juvenum lacryma prona cadet ;
Quem dum Vitæ aderit quid amabile, restat amare,
Plangere dum Pietas ipsa superstes erit.

XIV.

WE left behind the painted buoy
That tosses at the harbour mouth,
And madly danced our hearts for joy
As fast we fled to the south ;
How fresh was every sight and sound
On open main or winding shore ;
We knew the merry world was round
And we might sail for evermore.

How oft we saw the sun retire,
And burn the threshold of the night,
Fall from his ocean-lane of fire,
And sleep beneath his pillared light.
How oft the purple-skirted robe
Of twilight slowly downward drawn,
As thro' the slumber of the globe
Again we dashed into the dawn !

New stars all night above the brim
Of waters lightened into view ;
They climbed as quickly, for the rim
Changed every moment as we flew ;
Far ran the naked moon across
The houseless ocean's heaving field,
Or flying shone, the silver boss
Of her own halo's dusky shield.

XIV.

DESERIMUS Pharon, et nautas arcentia signa,
 Quæ fluitant brevibus versicolora vadis ;
 Lætitiâque micant corda exsultantia, ponti
 Ultima dum sequimur regna Notumque fugâ ;
 Queis curvum littus, pelagusve legentibus altum
 Cuncta sonos, facies cuncta dedere novas ;
 Nec festæ nos meta viæ, finisque vagandi
 Continet ; æternum sufficit orbis iter.

Sæpius ah ! solem tum condebamus in altum,
 Quum sero Hesperias ureret igne fores,
 Atque suæ lucis medio de calle cadentem
 Flammarum premeret longa columna deum.
 Sæpius et roseâ prætexta crepuscula luce
 Lapsa videbamus desuper usque trahi,
 Quum pelagi prævecta latus sub nocte quietum
 Præripit Auroram nostra carina novam.

En ! nova continuo noctem, quam longa, supremo
 Æquore ab undarum sidera clara ruunt ;
 Ut cita conscendunt æthram, sic limes aquai
 Limitem in alternum, nave volante, cadit.
 Luna etiam inculti trans arva undantia ponti,
 Nuda aciem, longam præcipitare viam ;
 Seu fugiens parmæ velut umbo argenteus atræ
 Orbis inardebat cincta vapore sui.

The peaky islet shifted shapes,
 High towns on hills were dimly seen,
We past long lines of northern capes,
 And dewy northern meadows green.
We came to warmer waves, and deep
 Across the boundless east we drove,
Where those long swells of breaker sweep
 The nutmeg rocks and isles of clove.

By peaks that flamed, or all in shade
 Gloomed the low coast, and quivering brine
With ashy rains, that spreading made
 Fantastic plume or sable pine ;
By sands, and steaming flats, and floods
 Of mighty mouth we scudded fast,
And hills, and scarlet-mingled woods
 Gleamed for a moment as we past.

O hundred shores of happy climes,
 How swiftly streamed ye by the bark !
At times the whole sea burned ; at times
 With wakes of fire we tore the dark :
At times a carven craft would shoot
 From havens hid in fairy bowers,
With naked limbs, and flowers and fruit,
 But we nor paused for fruit nor flowers.

Vidimus et formas scopulorum culmina in omnes

Vertere, et obscuris oppida celsa jugis ;

Propter et Arctos vecti longo ordine cautes,

Prataque quæ gelido rore rigata virent.

Immensum jam nacti Oriens et mollius æquor

Ultima pernici scindimus ære freta,

Quà caryis sata saxa et aromate littus odorum

Proluit immani longior unda sinu.

Interdum ruptis juga celsa ardere caminis,

Littora vel nimbo sternere quassa suo,

Dum cinis in pinus faciem curvata comantis

Vulturis ut tetri spargitur ala polo.*

Propter arenarum tractus, camposque tepentes,

Ostiaque effusis prævehimur fluviis ;

Et colles mixtoque rubentes murice saltus

Hausimus oblatum lumine quemque brevi.

O quota tum tellus, quot ditia littora præter

Flumine ceu celeri lapsa nitere ratem !

Jam vulgo ardescit pelagus, vestigia cæcis

Ignea jam signat rapta carina fretis.

Jamque sinus linquens Nympharumque antra reducta,

Emicuit parvæ sculptile lintris opus,

Pomaque deliciasque ultro floresque vehebat :

At dona inceptum nulla morantur iter.

* Plini *Epist.* vi. 16 : Nubes, incertum procul intuentibus ex quo monte (Vesuvium fuisse postea cognitum est), oriebatur, cujus similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco elata in altum quibusdam ramis diffundebatur, credo, quia recenti spiritu evecta, dein senescente eo destituta aut etiam pondere suo victa in latitudinem vanescebat.

For one fair Vision ever fled
Down the waste waters day and night ;
And still we followed where she led,
In hope to gain upon her flight.
Her face was evermore unseen,
And fixt upon the far sea line ;
But each man murmured ' O my Queen
I follow till I make thee mine.'

TENNYSON, *The Voyage.*

Namque fugax visa est, specie pulcherrima, Quædam
Cedere per vastas nocte dieque vias :
Hanc avidi—spes urget enim prævertere euntem—
Insequimur miram per freta longa ducem.
Nec tamen et vultum fas aspexisse : supremo
Ora tenet semper limine fixa salis :
Quæ voto optantes mussamus quisque : ‘ Magistra
Tu, Diva, errandi, tu **m**ihi finis eris.’

XV.

RISEST thou thus, dim dawn, again,
So loud with voices of the birds,
So thick with lowings of the herds,
Day, when I lost the flower of men ;

Who tremblest thro' thy darkling red
On yon swoll'n brook that bubbles fast
By meadows breathing of the past,
And woodlands holy to the dead ;

